¶ Super ſpecula

Iſta decre. punit monachos exeuntes ſua monaſteria ad ſtudendum legẽ ſiue phiſicã et dicit eoipſo p̄dcõs mõchos fore excõicatos ſi infra ſpatiũ duoꝝ menſiũ nõ reſipuerit Et extendit p̄dictã ꝯſtitutõem ad alios ſeculares p̄latos ſcilicꝫ archidiaconos decanos plebanos prepoſitos.

¶ Titulus ne clerici vel monachi li. vi.

¶ Statutum

Iſtud capitulum dicit ꝙ. c. Sup ſpecula extra eo. ti. nõ extendit ad habẽtes parochiales eccãs niſi p̄dicte eccleſie habent ſub ſe capellas in qbꝰ inſtituũtur clerici ꝑpetui nequeuntes ab ipis ſine cauſa ratõnabili amoueri etſic fuerint plebanie

¶ Ut periculoſa

Iſta decretalis prohibet religioſis ne ipſi in quocunqꝫ loco ſiue ſtudio habitũ ſuum dimittant. nec etiaꝫ ad ſcolas ſine licentia ſuorum p̄latoruꝫ ſe traſferant ꝙ ſi ſecus fecerint ipõ facto ſniam excommunicationis incurrant Iteꝫ dicit ꝙ doctores qui tales monachos qui ſic habituꝫ dimittũt in legibus ſiue in phiſica docere pretendunt in ſcolis ſimilem excommunĩcationis penã incurrũt Notat g. inẽ cetera an apoſtata ſit excommunicatus vel excommunicandus

¶ Epiſcopus

Iſta decretalis oſtẽdit quid iuris de prelatis temporalem iuriſdictionẽm habentibus. et quomodo eam abſqꝫ irregularitate cõmittere poſſint Iteꝫ glo. dicit poteſt quis per aliuꝫ quod non per ſe. et alle.

¶ Et ſic eſt finis tertii libri

¶ Incipit liber quartus

¶ De ſponſalibus et matrimoniis in antiquis

De francia

Cõſuetudo ſolennitatuꝫ ꝺ ſubſtãtia mrĩmonij nõ exiſtit Uel ſic ſm panor. Mrimoniũ ꝯſenſu ꝯtrahit nec inualidat ſi ꝯſuetudo p̄rie nõ fuet Nõ gl. q̄ tãgit an ſolẽnitas ſit de ſubſtantia mrimonij Et ꝙ nullus abſqꝫ iudicio eccẽ ꝓpa ſua temeritate debet dimittere vxorem ſuã et econtra

¶ Preterea

Communi diſſenſu ſponſalia de futuro diſſolui poſſunt Nota glo. que dicit de conditõne ſcilicet ꝙ illa que ſine conditõne promittuntur ſine cõditõe ſoluuntur Item dicit qꝺ quis non diligit faciliter contẽnit. Itẽ notat hic abbas ꝺ iuramento quando aliquid iuratur ⁊ promittitur deo ⁊ quandoqꝫ homini ⁊c.

¶ Iuuenis

Nulla ratõe conſanguinitatis ſponſalia inducunt iuſticiã publice honeſtatis Uel ſic ſm panor. Si maior ſeptennio cum proxima ſeptennio in qua malicia ſupplet etateꝫ ſponſalia contrahit ex his orit̃ iuſticia publice honeſtatis maxime ſi commiſceri tẽtauerunt. Breuiꝰ et cõmuniꝰ ſic ſummatur ſm literam Si maior ſeptennio duxit in vxoreꝫ minorẽ ſeptẽnio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De ſpóſalibus in anti.

et eam traduxit ad domũ oritur ex
tali contractu publice honeſtatis iu
ſticia. Nota tex. qui dicit ꝙ in his q̃
dubia ſunt quod certius eſt extima⸗
re debemus. item dicit glo. tene cer⸗
tum et dimitte incertum . item in re
dubia certa non poteſt fieri ſenten
tia.

Ad audientiam

Uni fratrum deſponſatam alter fra
trum habere non poteſt. Uel ſic ſm
Panor. Ex ſponſalibus contractis
cum cõſanguinea oritur publice ho
neſtatis iuſticia. Nota glo. que dicit
ꝙ impoſſibilium nulla eſt obligatio
Itez dicit gloſa de inutilibus ſtipu
lationibus. Item ꝙ eius quod eſſe
non poteſt nulla eſt promiſſio. Itez
arguit glo. ꝙ quis compelli poteſt
ad ſatiſfaciendum de quolibet cri⸗
mine

De illis autem.

Cum ſponſus longo tempore abeſt
petere poteſt mulier ſponſalia cele⸗
brari cum alio vel poteſt mulier cuz
alio contrahere. Nota glo. que dic̄
ꝙ vxor non tenetur ſequi ſponſum
vagabundum. Notat hic Abb. vij.
caſus in quibus ſponſalia de futuro
ab eccleſia ſoluũtur. Item ponit eti
am aliquos caſus inquibus ipſo iu⸗
re et ſine iudicio eccleſie ſoluũtur.

De muliere

Qui clarum vult habere reſponſuz
debite ⁊ clare exprimat mentis intẽ
tum. et ſolet ad hoc allegari qui ma
le querit malum reſponſuz habebit
Et dicit lex vt congruuz poſſes ha
bere reſponſum inſere pacti exẽpluz.

Ex litteris

Cum verba dubia in ſponſalibꝰ ſeu
matrimonijs ponũtur ad cõmunez
intelligentiã debz recurſus haberi.
Nõ g. que dicit. non recedenduz fo
re a ſignificatione verborum niſi cũ
conſtiterit teſtatorez aliud voluiſſe
Item non ex opinionibus ſingulo⸗
rum ſed tm̃ ſenſu vel vſu nomina ſũt
inteligenda. c. ad audientiam. ſupra.
de decimis

Sponſam alterius.

Nullus conſanguineorum poteſt
habere ſponſam alterius maxime ſi
eſt nubili etate proxima. Et dicit g.
ꝙ maxime. ponitur hic cõparatiue.
quia poſtq̃ ſponſa habet. vij. annos
tenẽt ſpõſalia

Ex parte. E.

Qui promittit mulieri ꝙ eam de ce
tero pro vxore habebit ⁊ ei fidem ſi
cut vxori ſeruabit. eam dimittere ne
quit niſi fornicationem committat
Nota glo. quãdo vir vxorem ſuam
poteſt dimittere ⁊ ꝙ ipe etiam debz
continere

Ex litteris.

Si quis iurauit ſe ducturum aliquã
in vxorem compellẽdus eſt per cen.
eccleſi. ꝙ adimpleat qd̓ iurauit niſi
rationabilis cauſa ſubſit. Nõ gl. in
pnc. que tangit de iuramento impu
berum quando valet et qñ non. itez
dicit gloſa ꝙ ſponſalia debẽt eẽ cer⸗
ta quia in incertam perſonam nõ fit
conſenſus

Non eſt vobis

Uir hz actionẽ ↄtra patrem ſuũ ad
petendum vxorẽ ſuã a patre ſuo de⸗
tentam. Nota ꝙ pro delicto vnius
tota prouincia interdicitur. Itez no
tat gloſa de ſuſpenſione iuris cum
temporis diffinitiõe ⁊ ꝙ propterea
tempore lapſo non indiget quis ab⸗
ſolutione . Item dicit ꝙ baptiſ⸗

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mus et penitentia poſſunt tempoꝛe
neceſſitatis ab hereticis recipi

¶ Preterea.

Cum quis vidit aliū cuz fornicaria
ſua contrahere dz ei impedimentuz
cum prodeſſe poteſt denūciare. Vel
ſic ſm Panoꝛ. Dictū vnius aſſerētis
impedimentuz impedit matrimoni
um contrahendum non iuratū. Nō
ꝗ vnius cōfeſſio in alieno facto nul
la eſt. Itez notat g. de confeſſione af
finitatis ſecreta ꝗ propter eam ma
trimoniū impediri nō debeat alias
legitime contractū ꝛc

¶ Veniens.

Inutilia ſponſalia prius contracta
matrimoniū poſtmodū legitime cō
tractum impedire non poſſunt. Vel
ſic. Matrimoniū qđ non valet impe
diente cōſanguinitate. ⁊ ſcđm quod
non valet impediente voluntate. nō
preſtant impedimentū matrimonio
aduenienti de voluntate. Notat gl.
ꝗ lite pendente in matrimonialib⁹
nihil eſt innouandum. Item ꝗ non
preſtat impedimentū qđ de iure nō
ſoꝛtitur effectum

¶ Cum locum

Cū duo petunt mulierem aliquā in
matrimonio mulier eſt in loco ſecu-
ro ſequeſtranda Notat tex. ꝗ matri
monium ſolo conſenſu contrahitur
itē dicit de metu ⁊ de inuitis nuptijs
Dicit glo. ꝗ minoꝛ metus excuſat fe
minam ꝙ virum. item tangit glo. ꝗ
iudex debz partibus locum ſecuruz
aſſignare.

¶ Veniens

Carnalis copula non que precedit
ſed que ſequitur verū matrimoniuz
facit. Nō g. que dič qđ ſit ꝓnoctare

¶ Cōmiſſum

Ante carnalem copulā vir pt religi
onem intrare non conſentiente vxo
re. Nota glo. huius capituli multū
notabilem que dicit ꝗ bene facit q
nubit ⁊ vtrūqꝫ expedit hoc caſu. ſed
vnum minus alterum maius. item
gerens virginitatem. in coꝛde pōt i
matrimonium conſentire

¶ Requiſiuit

Mulier iurata matrimonium non
cogitur adimplere priuſꝙ moneat
ſecundum glo. Vel ſic Qui iurauit
cuz aliqua contrahere moneri debz
potius ꝙ compelli. hoc dicit ſm pa
noꝛ. Nota g. que dicit ꝗ dicitur in-
uitus qui propter voluntariam ꝓ
miſſionem vꝛgetur ad pꝛomiſſi ſolu
tionem. item pꝛopter delictum prece
dens quādoqꝫ quis compellitur ad
matrimonium.

¶ Cum in apoſtolica.

Tenet matrimonium cum ſecūda cō
tractum etiaz lite peñ. vbi ſubeſt im-
pedimentum cum pꝛima. Nota gl.
que tangit de eo qui cōtraxit matri
monium lite pen. cuz alia an valeat

¶ In pꝛeſentia

Nullo tempoꝛe contrahet mulier
donec moꝛtuum ſciet eſſe maritum.
Nota gloſam que tangit de quin-
quennio et dicit qualiter mulier de
bet diligentiam facere in inquirēdo
de moꝛte viri ſui

¶ Inter opera

Cum meritrice publica que coꝛrigi
deſiderat matrimoniuz contrahi pt
Nota g. que dicit ꝗ errantē reuoca
re a via erroꝛis ſui ē vnū gen⁹ elemo
ſynarum. item dicit que dicatur me
retrix.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# De ſpõſalibus in anti.

¶ Ad id qđ

Purgatur violẽtia ſi mulier diu cū
marito cohabitet. Nõ gl. que videt̃
tangere qualiter mulier tacite con-
ſentit. Et ponit argumentuȝ ad mul
ta de tacito ꝯſenſu. Iteȝ dicit effuge
cum poſſis ne ꝯſenſiſſe videaris

¶ Sicut ex litteris.

Sponſalia per ſequens matrimoni
um ⁊ non ꝑ alia ſponſalia diſſoluun
tur ſm Ab. Vel ſic ſm Panoꝛ. Spõ
ſalia de futuro etiā iurata ſoluūtur
ꝑ ſcđa ſponſalia de pñti non autẽ ꝑ
ſcđa de futuro. nota de illo qui pro
mittit factū alteri⁹ ꝙ ille ꝓmittit ſe
facturuȝ ⁊ curaturū vt alius hoc fa
ciat. Item nõt g. in fi. ꝙ in cā matri
moniali ſuꝑ vno articulo de nouo
teſtes producuntur.

¶ Cum apud.

Qui vetiti non ſunt vxoꝛes ducere
poſſunt. Nõ tex. qui dicit ꝙ quis ſi
gnis pt̃ declarare conſenſum ſuū. et
etiam nota ꝙ ſolus conſenſus facit
matrimoniū. Notat g. ꝙ ſurdus pt̃
poſtulare. Item ꝙ verba quo ad ec
cleſiam ſunt in matrimonio neceſſa
ria ⁊c̃

¶ Dilectus filius

Continuo laboꝛās furoꝛe hoc ẽ qui
non habet dilucida interualla non
contrahit matrimonium. Nõ gl. q̄
expedit ſe de furioſo q̄ et qualia ipe
poteſt facere. et an valȝ traditio poſ
ſeſſionis ſibi facta. Item dicit ꝙ in
iſtis eſt initiū ſpectandū. ⁊ alt. iura

¶ Tue fraternitati

Per legitimū conſenſum contrahit̃
matrimonium inter eos qui tamen
loqui poſſunt debȝ cõſenſus verbis
exprimi. Nota glo. que dicit ꝙ fidei
cõmiſſum etiam nutu exp̃mitur. licȝ
quis loqui poteſt. Item dicit ꝙ idẽ
facit ſignum in muto qđ verba in
loquente. Et ſic duo ſunt neceſſaria
ad hoc ſacramentū matrimonij ver
ba vel ſigna et conſenſus.

¶ Tua nos duxit

Qui non conſentit ſi verba ad ma-
trimonium neceſſaria exp̃mit non
contrahit. quod veruȝ eſt in foꝛo pe
nitentiali. ſecus in foꝛo ꝯtentioſo cū
eccleſia de occultis non iudicat.
Nõ gl. que dicit ꝙ potius cõſiderā-
dum eſt quid ſit factū q̄ dictū. Item
ꝙ duo requiruntur ad matrimonium

¶ Cum in tua.

Una grauis ꝑſona pt̃ impedire ma
trimoniū contrahendū. Nõ gl. q̄ ex-
pedit ſe de fama quid ſit et qualiter
pꝛobari põt. Item notat ꝙ ſcanda-
lum ſiue ꝯſuetudo reddit aliquos in
habiles ad ꝯtrahendū matrimoniū
quod eſt notandum

¶ Conſultationi.

Illegitime ꝓpoſita vel allegata vio-
lentia non excuſat. ſecus aūt ſi legiti
me allegatur Nota glo. que dicit ꝙ
cauſe matrimoniales ſunt ꝯmittẽde
iuriſperitis. Itẽ tangit de metu

¶ Gemma mulier

Pena in ſponſalibus appoſita non
obligat paciſcentẽ. Vel ſic ſm Pa-
noꝛ. In matrimonijs et ſponſalib⁹
dȝ eſſe libertas. vñ in eis pꝛomiſſio
pene nõ obligat. nota ꝙ ſtipulatio
pene in ſponſalib⁹ appoſita non tenȝ
Sed arras datas pꝛo ſponſalibus
perficiendis amittit qui reſilit ſine
iuſta cauſa. ſed ideȝ videtur in arra
quod in pena

¶ Is qui fidem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sponſalia de futuro cū carnali copula ſubſecuta p̄iudicant mr̄imonio de p̄n̄ti. No͞ g. q̄ eſt notabilis ⁊ ſingularis ⁊ dicit de multiplici p̄ſūptio͞e circa mr̄imoniū ⁊ de forma ⁊ ſba.

¶ Si inter

Ex q̄ mr̄imoniuȝ ↄtrahitur de p̄n̄ti non p̄t alteri⁹ p̄textu mr̄imoniȷ̄ diſſolui. licȝ ꝑ matrimonium ſponſalia diſſolnūtur. No͞ gl. que dicit ꝙ non loquens ſuū ſenſum non exprimit et an verba vel ſigna requirātur ī matrimonio. et ar. de nutu ⁊ ſigno. ⁊ ar. pro et contra

¶ Adoleſcens.

Sponſalia cuȝ conatu q̄ conat⁹ effectum no͞ habuit no͞ p̄iudicat ſequēti matrimonio de p̄n̄ti. No͞ gl. q̄ dicit ꝙ conat⁹ ſine effectu non nocȝ. itē ille dicit̄ dānat⁹ q̄ in iure dānat⁹ eſt.

## ¶ Ti. de ſponſalib⁹. lib. vi.

¶ Ex ſponſalibus.

Ex ſponſalib⁹ puris ⁊ rertis licȝ fuerint nulla oritur ı̄pedimētū iuſticie publice honeſtatis. ⁊ hoc veruȝ niſi fuerint nulla ro͞e ↄſenſ⁹. et illa honeſtas publice iuſticie reſpicit ⁊ dirimit mr̄imoniū cū aliq̄ alia de ſāguine vel affinitate p̄mo ↄtrahēdū ⁊ no͞ in antea ↄtractū. hoc p̄mo. Scd̄o dicit ꝙ ↄtrahens cum aliq̄ ſub ↄditione ſi ↄditione no͞dū extante ↄtrahat pure cū alia. tenȝ ſcd̄m matrimoniuȝ licȝ ſcd̄a p̄oris fuerit ↄſanguinea. ꝙ ī ı̄certis nulla oritur publice ho. iuſtitia. Vide gl. q̄ dicit que ſponſalia dicūtur certa et que incerta. Itē dicit̄ q̄ dicūtur ſponſalia. itē tangit de cōditionib⁹ in matrimonio appoſitis item dicit ꝙ conditiones tacite non faciūt re͞ ↄditionale͞

## ¶ Ti. de deſponſatio͞e ı̄puberuȝ

¶ Tua fraternitas

Pater ꝓ minori filio ſponſalia contrahit ſȝ no͞ ꝓ maiore. No͞ g. q̄ videtur ſentire ꝙ pater no͞ p̄t ↄpelle͞ filiū ad ↄtrahendū matrimoniū cū certa ꝑſona ſȝ filiam ſic. ⁊ alle. leges

¶ Ubi non eſt.

Prohibȝ canon aliq̄s an̄ legitimaȝ etatem mr̄imonialit̄ ↄiūgi niſi forte aliq̄ vrgentiſſima ncītate interueniente vtpote ꝓ bono pacis hoc fieret No͞ ꝓ bono ius moderari. vn̄⁹ Par vt ſeruetur moderamen iuris habet̄

¶ Puberes.

Apti dicūtur ad matrimoniuȝ contrahendū qui generare poſſunt No͞ g. q̄ videtur tangere ꝙ aliter reſpicit̄ numer⁹ annorum quo ad matrimonium contrahenduȝ ⁊ aliter quo ad tutelam finiendam

¶ Litteras tue

Sponſalia in cunabilis contracta ſeque͞s matrimoniū etiā cū matre cōtractū non impediūt. ſec⁹ ſi ad ſeptēniū fuerit expectatū. No͞ g. q̄ tangit q̄liter contrahentes ſponſalia poſt ſeptēniū videntur conſentire. Et dic̄ ꝙ iura adaptant ſe ad ea q̄ frequent̄ fiunt cū illa q̄ frequentius fiunt niſi ſpēaliter notentur pro neglectis habentur.

¶ Acceſſit ad

Ut proxime ſupra. in. c. Litteras. vel ſic. Sponſalia nulla ex defectu

# De deſpõſatiõe ĩpubeꝝ in an.et.vi.

ꝯſenſus non creant publice honeſtatis iuſticiã. Nõt gl.huius.c. inter cetera qñ proles dicuntur legitime ⁊ qñ non. ⁊ alle. Itẽ dicit ꝙ qñ matrimonium reputatur legitimũ et ſi non ſit filij tamẽ erũt legitimi. ⁊ alł. ad hoc ⁊c.

**Continebatur**

Marito creditur ſi dicit ſe ꝯgnouiſſe vxorẽ ſuã. Itez ex ſponſalib⁹ ꝯtractis cum impubere maiore ſeptẽnio oritur publica honeſtas. Nõ g.que dicit ꝙ in cauſis matrimonialib⁹ iuramentuz calũnie non dz omitti ne aliqͦ in fraudẽ fiat. Itez nõt qñ qͤs dicit̃ etati ꝓxim⁹ atq̃ pubertati.

**De illis**

Sponſalia contrahentes niſi adueniente etate legitima reclamare non pñt Nõ glo·que arguit ꝙ impubes de eo qͦd facit añ pubertatẽ reclamare non pt̃. Itẽ nõt g.qualiter ſponſi ſunt cogẽdi vel ſimpliciter monẽdi.

**A nobis.**

Minores matrimoniuz ꝯtrahentes añ annos legitimos ſeparari nõ pñt Nõ g.que videtur tangere ꝙ matrimonium ꝑmo inutile ratihabitione tacita vel expreſſa poteſt confirmari. ⁊ alle.ad hoc

**De illis**

Minores apti ad matrimonium ex ꝯtractu matrimonij obligantur niſi violẽtia intercedat. Nõ gl.q̃ dicit ꝙ ꝯſenſus qñq̃ ꝑcedit etatez ⁊ hoc qñ pubertas ꝑuenit etatẽ. Itez malicia hic dicitur alibi prudentia.

**Atteſtationes.**

Contract⁹ celebrat⁹ ante annũ.xiiij. niſus carnalis copule ad viruz non ſufficiũt vẽdicandũ. Nõt g.qñ actori vel reo defertur iuramentuz.

**Ex litteris.**

Maior ex ſponſalib⁹ a patre contractis nõ obligatur niſi ꝯſentiat ĩ illis Nõ ꝙ admiſſio ad carnalẽ copulã facit conſenſum. Itẽ nõ tex.q̃ loquit̃ de minis parentum ⁊ de mora

**Duo pueri**

Spõſalia ĩualida ꝑ cohabitationẽ ſequentẽ vaidant̃ ⁊ ratificantur ⁊ ꝑ ꝯſequẽs matrimoniũ diſſoluũtur.ꝯ ratificatione ꝯſtat. quia publice honeſtatis iuſticia fuit ꝯtracta ꝑ illa ⁊c. Nota ꝙ publice hoñ. iuſticia impedit ⁊ dirimit matrimoniuz. Item ꝙ nullus ſine iudicio eccłie debet dimittere vxorem ſuã q̃ntũcunq̃ etiaz impedimentum ſit manifeſtum. ⁊ alł.g.

**Ad diſſoluendum.**

Contract⁹ matrimonialis q̃ nullus eſt accuſari non pt̃. Nõ ꝙ id de quo agitur ꝑmo debz eſſe in rerum natura anteq̃ de eo agatur nec añ iuris rõ q̃ perſona eſt querẽda. ⁊ collegio qͦd nondũ eſt non datur ꝑuilegium. ⁊ glo.alle.

**Tue nobis**

Cum qͤs contrahit cũ minore ꝑ verba de pñti ſpõſalia fingitur ꝯtraxiſſe. Nõ gl.q̃ dicit qͥb⁹ modis ⁊ ꝑ que fit ſubarratio ⁊ ſubarratiõe data ꝓſumitur matrimoniũ niſi ꝓbetur cõtrariũ. Itez hic prudentia dicit̃ carnalis concupiſcentia

## Ti.de deſponſatione impuberum.li. vi.

**Si infantes**

Si infantes inuicem vel vn⁹ maior ſeptẽnio ⁊ alter minor vel parentes

pro eis ſpōſalia ꝯtraxerint nō valēt ſponſalia nec oritur ex eis pu.ho.iuſtitia niſi facti maiores ꝯſēſerint .idē ſi pubes ⁊ impubes vel duo impuberes ꝓximi pubertati cōtraxerit ꝑ verba de pn̄ti niſi carnalis copula interuenerit ꝛc.oritur tn̄ ex p̄dictis pu.ho.iuſticia. Itē ex ſponſalibꝰ q̄ parētes ꝓ filijs puberibꝰ contraxerint ſi ipi filij ꝯſenſerint tacite vel exp̄ſſe et ſi pn̄tes fuerint ⁊ nō ꝯtradixerint obligātur filij ⁊ ex eis oritur pub.ho. iuſtitia. Idē eſt ſi filij abſentes ⁊ etiā ignorātes predicta ſponſalia cuꝫ ſciuerint ratū habuerint.⁊ ex ſponſalibus aliter per parentes ꝯtractis filij non obligantur.

## Ti.de clādeſtin. deſpon.

### Si quis

Si vir deſpōſat aliquā mulierē claꝫ ⁊ ipa negauerit viro incūbit ꝓbatio Nō g.q̄ eſt notabilis ⁊ docꝫ qn̄ vir aut mulier negāt deſponſationē cui incūbat ꝓbatio. Itē ꝙ idem dicitur de viro qd̄ de muliere.⁊ dicitur ille vir qui ſtat pro matrimonio.

### Quod nobis

Clādeſtina matrimōia recipit eccā ſi ꝯtrahentes ea volūt publicare.nō g.q̄ dicit ꝙ eccā nō iudicat de occultis. Item nōt qn̄ p̄ſumitur ꝯtuberniun vel concubinatꝰ ꝛc

### Cum inhibitio.

Iſta decretalis ꝓhibꝫ clādeſtina cōiugia ⁊ ꝙ ſacerdotes ipis intereſſe nō debent.ſꝫ cū matrimonia ſūt contrahēda debent p̄mo in eccīa publicari cū terminis ꝯpetētibꝰ infra q̃s pn̄t impedimenta ſi q̄ ſint publicari.

Et ſacerdotes etiaꝫ debēt ſuꝑ ipedimentis iueſtigare.et ſi ꝯtrarium fiat ponit penā. Nō g.ꝙ tripiciter dicitꝰ matrimoniū clādeſtinū ꝛc

## Ti.de ſponſa duorum

### Duobus.

Sponſalia de futuro ſoluuntur ꝑ ſeqūēs mr̄imoniū nō ſponſalia de preſenti. Nō hic g.de pn̄ia triū annoꝝ Itē nōt gl.de ꝓmiſſione ſi ꝓmittas me rem.tecū habere qd̄ dꝫ intelligi de honeſto coitu . quia potiꝰ videtur hoc. Rō eſt in glo.

### Accepiſti

Ducens vxorē alterīꝰ eā dimittē dꝫ Nō g.q̄ videtur tāgere ⁊ dicere qd̄ ſit carena ⁊ vn̄ dicitur ſcꝫ a carentia quia carena eſt carentia hominum vel cibariorum.

### Licet preter

Per iſta verba ꝯtrahitur matrimonium de pn̄ti.ego accipio te in meā et ego accipio te in meuꝫ.⁊ illud qd̄ dicitur de viro idem intelligendum eſt de muliere.

### Tua fraternitas

Et qui appellat in cauſa matrimoniali interdici debꝫ ne aliud matrimonium lite pendente ꝯtrahat et ſi cōtraxerit mr̄imoniū ſeparatur. Nota g.q̄liter ꝓcedendum ſit in cā matrimoniali qn̄ matrimoniū celebratuꝫ eſt app.pen.⁊ ꝯtra interdictū eccīe

### Tuas dudum

Qn̄ eadē ꝯtrahit ꝑ verba d̄ pn̄ti cū pluribꝰ p̄mo deſponſanti nō primo ꝯgnoſcenti ea dꝫ adiudicari. Nō g. que tangit de ꝯmodo poſſeſſionis ⁊ arguit pro ⁊ contra.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Titulus de cōditōibꝰ appoſitis.

¶ Quicunqꝫ

Qui deſpōſauerit aliquā ſub ꝯditiōe turpi frāgat ꝯditōꝫ ⁊ ipſam in ſpōſaꝫ ducat.h.d. Itē dicit g.ꝙ hoc verū ſit dummodo ſit conditio q̄ non ſit con tra naturam mrīmonij qđ in glo.am plius deducitur

¶ Cum ſit propriū

Sub cōditōe vt aliqs fiat monachꝰ poteſt manumitti ⁊ hāc ꝯditōꝫ ſemel acceptatā amplīꝰ nō rennuit accepta tor Nota glo.hic de conditōne ⁊c

¶ De illis

Qui ſub conditōe honeſta contraxit nō tenet niſi cōditio adimpleat. Nō g.q̄ dicit ꝙ ꝯditio ſtatim dꝫ adijci et nō ex interuallo. et alle.ad hoc iura.

¶ Uerum

Donatio facta eccē ſub ꝯditōe ꝑ do natorē reuocari non poteſt niſi forte ſub tali ꝯditiōe ſit donatio facta qua ceſſante debeat reuocari Notat glo. drām inter donatōem ſub cōditione ⁊ ſub modo.et ſit ꝑ ſi et ꝑ ut

¶ Super eo

Ubi apponit ꝯditio in ſubſtātia mri monij nō tenet mrīmoniū niſi condi tōe extāte ut hic Sed vbi apponit in nō ſubſtātiali mrīmonij ꝯditō cōtra ctū ſeu effectū nō ſuſpendit abb. Nō tex.in ſi.q dicit ꝙ ille non dicit cōſen ſus q in alieno arbitrio dependet.

¶ Per tuas

Ubi qs ſic ꝯtrahit ⁊ ſub hac ꝯditōne ſi pri meo placuerit ſi añ pris aſſenſū ſpōſam cognouerit a ꝯditōe recedit ergo adhuc aliqđ ius ciuile qđ ꝺ pa tris ꝯſenſu ſeu eiꝰ iuſſu diſponit facit qđ ius ita inſti.de nup.recitat. naꝫ ci uilis ratio et naturalis in tunc ſuadꝫ ut iuſſus pentū ⁊c.a cōtrario ſenſu in telligatis Nō g.q̄ dic qđ ſi ꝯtrabo te cū ſi te virginē repio Itē ꝯtra euꝫ ſit interp̄tatō q teſtes ꝓducit qđ eſt no tandū

¶ Si conditōes

Cōtra naturā cōtractꝰ pactū ſiue cō ditio in mrīmonio facta ſiue adiecta viciat mrīmoniū. ſꝫ nō alias inhone ſta et turpis Nō g.q̄ eſt magiſtra in materia ꝯditionū Itē dic ꝙ hoc nō ꝓbat illud eſſe qđ ab eo p̄t abeſſe

¶ Titulus qui clerici vel vouētes.

¶ De diacono

Eps p̄t cū diacono cōtrahēte diſpē ſare Uel ſic ſm panoꝛ. Diaconus vel ſubdiaconꝰ mrīmoniū ꝯtrahere non pn̄t et ſi cōtraxerint etiā ſi ſint facti ir regulares debēt ſeparī Nō g.ꝙ veia nō dat niſi petēti et coꝛrecto Itē nō p̄t qs gaudere ſe coꝛrectū niſi doleat ſe ꝑuerſum Itē dicit Salomon Qui abſcondit peccata ſua nō videbit lu men in eternum

¶ Ex lr̄arum

Si ſubdiaconus qui cōtraxit ē impe nitēs nō diſpēſat cū eo niſi religionē intrauerit Nō g.q̄ tāgit qn̄ clerici de bēt ꝯpelli ad abiurandū ſuas concu binas vel vxoꝛes

¶ Meminimus

Simplex votū non dirimit mrīmo niū ꝯtractū. Nō g.q̄ tāgit ꝺ ſimplici voto Item habitꝰ nō facit monachū

¶ Conſuluit

Solus habitꝰ ꝓhibet aliqnē cōiuga ri Uel ſic.abiectio veſtiū et ſcapulare aut velamē acceptū tm̄ ſine ꝓfeſſione nullum faciūt regularem Nō gl.q̄ vi det tāgere ꝙ mltīs modis fit ꝓfeſſio.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Veniens
Poſt votũ ſimplex diſpenſat eccã in mrimonio ꝯtrahendo Nõ glo. ĩ pn. ꝙ inter abſẽtes ꝯtrahi pt mrimoniũ Itẽ dic̃ g. min⁹ malum tolerandũ vt maius vitet. et alle. xxxiij. q. ij. c. ſi qð verius
Rurſus
Spõſalib⁹ de futuro et nõ ð mrimonio de pñti ꝑiudicat ſimplex votũ. Nõ g. q̃ dic̃ ꝙ ſimplex votũ ⁊ ſolẽne ſũt ab initõ eq̃liter obſeruãda ⁊ infrĩgens peccat mortaliter. et dicit gl. qñ votum ðr ſolenne vel non
Inſinuãte
In manu religioſi factũ votũ mrimoniũ dirimit iã cõtractũ Nõ g. in v̓bo ſupplicatũ in pn. q̃ dicit ꝙ vxor nõ ẽ petenda a pncipe ⁊ petẽs eam deportatõis penã meret Itẽ notat g. qñ leuis met⁹ excuſat ⁊ qñ non Itẽ ꝙ per patientiã tpis ꝓſumitur cõſenſus interueniſſe

Titulus de eo qui duxit in matrimonium
Propoſitũ
Pollutã in adulterio a ſe qs cogitur in vxorez ducere q̃ mrimoniũ pmuin ignorabat Nota tex. q̃ dic̃ ꝙ nullus dꝫ de dolo ſuo lucrũ reportare cum dolus et culpa nemĩ prõcinari debet Item dicit glo. ꝙ ignorans nõ committit adulteriũ et filij ſunt legitimi.
Significauit
Qui viuente ſponſa ð pñti ꝯgnoſcit ſecundã quã ſibi deſponſauerat eam vlteri⁹ hr̃e nõ pt ĩ vxorẽ. Uel ſi vir viuẽte pma vxore legitĩa cõtrabat cũ ſecũda hoc ſciẽte et eã cognoſcat etiaꝫ mortua pma nõ pt hr̃e ſecũdaꝫ ſec⁹ ſi pma legitĩa nõ erat Nõ g. q̃ tãgit ſiue ẽ ꝙ id qð ab initio non valet ⁊c.
Super hoc
Poſt mortez vxoris non poteſt adulter contrahere cũ adultera q̃ in mortem ꝯoris mariti aliq̇d fuerit machinata Et dicit gl. ꝙ hoc verbũ machinata dꝫ intelligi cum effectu.
Ex lrãrum
Qui vxore ſua viuẽte ec̃ ꝯpt adulteriũ intruſa ĩ mõſteriũ ꝯtrabit cũ ſecũda et eã ꝯgnoſcit ec̃ p⁹ mortẽ vxoris ẽ ſepãd⁹ ab ea Nõ g. ſup v̓bo deꝓbenſio
Cum haberet
P⁹ mortez vxoris nõ pt adultẽ remanere cũ adultera cũ q̃ pma viuẽte cõtraxit carnali copula ſubſecuta. Nõ ĩ fi. tex. ꝙ diuturnitas tpis pcm̃ auget nã tãto grauiora ſt pcã q̃to diuti⁹ ĩ infelicẽ aim ꝑſeuerãt. Nõ g. ꝙ fauor filiorũ q̃nq̃ꝫ diſpenſatiõem inducit Itẽ nõt g. vbi filij ſũt alendi ⁊ ad hoc ſolet allegari Itẽ pr̃ pt recuſare alere filiũ ſuum iuſta de cã
Significaſti
Mortua vxore pt q̇s ꝯtrahẽ cũ meretrice adultera cui pma viuẽte fidẽ nõ dederat Nõ ex tex. et g. ꝙ adhẽns q̇s meretrici vxore ſua viuente pt ex coĩcari.
Ueniens
Pollutam in adulterio a ſe quis cogitur in vxorẽ ducere que mrimoniũ ignorabat. et requiritur hoc caſu nouus cõſenſus Nota g. ꝙ ignorãs adulteriũ non cõmittit. et alle. ad hoc.
Si quis vxore
Si hñs vxorẽ cũ alia contrabit ⁊ viuente pma eam cognoſcit illã hr̃e in vxorem poſt mortem prime vxoris non poteſt Nota gl. que diſputat an et quando voluntas nocet et quãdo

non et de ei⁹ effectu.et alle.ꝛ remittit

## Titulus de cõiugio leproſorum.

**Peruenit**

Lepra ſupueniẽs ĩpedit mrĩmonium cõtrahẽdũ ſ3 nõ dirimit ꝯtractũ Nõ g.q̄ dicit ꝙ ꝯſuetudo h3 ꝙ leproſi nõ debẽt alijs hoib⁹ cohabitare Itẽ nõ de ṽbo diuti⁹ ꝙ extẽdit ad arbitriũ iudicis. Itẽ illud qđ dicitur dictum eſt generaliter eſt intelligendum.

**Quoniam**

Coniuges propter lepram ſeparãdi non ſunt a cõiugio ꝛ contrahere pñt mrĩmoniũ ꝛ inuicẽ ſibi debitũ reddẽ tenent.h.d.ſm panoꝛ. Nõ glo.ꝙ ꝓpt leprã alt alteꝝ dimittẽ nõ pt Itez ꝙ edictũ de mrĩmonio ꝓhibitorium ẽ.

**Literas**

Sponſalia de futuro preciſe nõ compellunt ad contrahendũ mrĩmoniũ cum leproſo lepra poſt ſponſalia ſupueniẽte.h.d. Itẽ g.dicit ꝙ ea q̄ de nouo emergunt auxilio indigent

## Titulus de coniugio ſeruorũ.

**Dignum**

Serui inter ſe pñt mrĩmoniũ ꝯtrahẽ Nõ gl.q̄ videt facere drãm int ſacramẽta q̄ ꝯficiũtur cã ſuſcipiẽtis. et ab iſtis ſerui nõ ꝓhibent.ſec⁹ in ſacramẽto ordinis qꝛ ſeruus ordinari nõ poteſt ſine licentia dñi

**Propoſuit**

Nõ tenz mrĩmoniũ q̄ liber cũ ãcilla ꝯtraxit ignorãter niſi ꝯſentiat poſtq̄ ſibi hoc ꝯſtiterit Nõ g.q̄ dic ꝙ erroꝛ ꝯditõnis ĩpedit mrĩmoniũ Itẽ cuilibet referẽti nõ ẽ credendũ Itẽ notat ꝙ titubans ꝓ ignorãte habendus ẽ.

**Licet**

Si ſm ꝯſuetudinẽ t̃re fili⁹ ꝯditõ3 patris ſequit ſufficit ei quo ad mrĩmoniũ ꝯtractũ cũ libera ꝙ pr̃ ei⁹ decennio fuit ĩ poſſeſſiõe libertatis Nota glo.que tãgit de fauore libertatis

**Ad nrãm**

Qui ſepatur ab vxoꝛe ꝓpter ſeruitutẽ poteſt libere ad ſtatim cum alia contrahere Nota glo.q̄ dicit ꝙ errantis conſenſus nullus eſt. Item ar.glo.ꝙ hoc caſu mrĩmoniũ qđ nullu3 eſt tractu tpis confirmatur Item querit g. qđ ſi ancilla manumittitur ⁊c

## Titulus de natis ex libero vẽtre

**Indecens eſſe**

Filij geĩti ex libera ſiue ex liberta manumiſſa ab eccã liberi dñt iudicari. Nota g.q̄ dicit ꝙ iſtud fallit ĩ caſib⁹. Itẽ inter cetera arguit glo.ꝙ vnũ inſtrumentum ꝑ aliud poteſt reprobari. Item arguit ꝙ non debeo hoc facere a quo teneoꝛ aliũ ꝓhibere ꝛ q̄ defendere tenet non d3 me impugnare

## Titulus de cognatõne ſpũali

**Utrum autem**

Filij duoꝛum compatrũ pñt mrĩmonialiter copulari. excepta illa ꝑſona ꝑ quã compaternitas eſt contracta. Nota gl.q̄ dicit de ſcandalo qđ vitãdũ eſt in mrĩmonio cõtrahendo Itẽ quos deus coniunxit ⁊c.

**Si vir vel mulier**

Nõ ſepat ab vxoꝛe marit⁹ ſi filiũ vtriuſq3 ſuſcipiat de ſacro fonte Nõ tex. q̄ dicit ꝙ fraus ꝛ dolus nemini d3 patrocinari. querit gl.anne alter pt exigere debitum hoc caſu



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Super eo
Filij duoꝝ ꝯpatrū inſimꝰ nō ꝯtrahūt ꝑ quoꝝ alteꝝ vel vtrūqꝫ deuentuꝫ eſt ad ꝯpaternitatē In alijs ipa ꝯſuetudo attēdit Nō gl. q̄ dicit de diſſimulatōe ⁊ ꝙ ille q̄ tacet non ꝯſentit neqꝫ negat Itē dicit gl. ꝙ multa ꝓpter ſcādalum qñqꝫ omittuntur
¶ Martinus
Poſt conſumatōem matrimonij aliquis coniugū nō facit ſibi filiolū vel ꝯpatrē vel commatrē quin facit eꝫ alteri coniugi filiolū vel ꝯpatrē Notat glo. de vnione carnis ⁊ ſpūs ⁊c
¶ Contracto
In his q̄ ꝓcedūt baptiſmuꝫ nō cōtrahit ꝯpaternitas ad dirimēdū mrīmoniū efficax Nō g. q̄ arguit an ꝑ cathecismū cōtrahit affinitas vel ꝯpaternitas impediens matrimonium
¶ Veniens
Mrīmoniū cū cōmatre cōtractum ſeparatur Nota gl. que expſſe videtur ſentire idē ſi cōmater fuiſſꝫ facta tenēdo puerū in cathecismo et etiā in cōfirmatōe. et alle. c. ſ. proximum
¶ Tua nos
Filius carnalis añ cōpaternitatē genitus filiā ſpūalēꝫ patris ſui habere non poteſt in vxorem. Nota gl. que exponit filiam ſpūalem ſcꝫ per quā compaternitas eſt contracta.
¶ Ex literis
Nō tenet mrīmoniū ꝯtractū inter filiū carnalē et eā quā pr̄ ſuꝰ manibus ſuis baptiſauit qꝛ. d̄ ꝑſona ſuſcipiēte loquūtur alie decretales ſupra. Nō glo. q̄ tāgit an vir et vxor ſimul pūt filiū de fonte ſuſcipere Item quid d̄ filia in penitentia recepta

¶ Titulus de cognatione ſpirituali li. vi.

¶ Medum
Iſta decretalis ponit perſonas inter quas contrahitur compaternitas in baptiſmo Et dicit idē fore in confirmatione Nota g. q̄ tangit de cōcubina et eſt magiſtra in hac materia cōpaternitatis in baptiſmo.
¶ Per cathecismum
Per cathecismū qui precedit baptiſmū impeditur mrīmoniū contrahendū ſed non dirimit contractū Nota tex. qui dicit quod vir fit ſit. Iteꝫ dicit ꝙ cathecismꝰ idē ē qđ inſtructio.
¶ Quamuis
Si plures leuāt ꝓlem d̄ fōte qꝫ duo vel tres inter omnes ſic leuātes ⁊ parentes leuati oritur cōpaternitas Et dicendū eſt de confirmatōe idem qđ de baptiſmo ⁊c.

¶ Titulus de cognatōne legali.

¶ Si qua
Inter carnales et legales filios non poteſt eſſe mrīmoniū adoptione durante Nota glo. que ponit drām inter arrogatōem et adoptōem. Item ꝙ arrogatō fit principis auctoritate ſꝫ adoptio fit ꝑ quemlibet mgrātum

¶ Titulus de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſue
¶ Si quis
Et poteſt totus titulus ſic ſummari. Affinitas ſuperueniens rūpit ſponſalia de futuro ſed nō ſoluit matrimonium de preſenti Sꝫ iſtud. c. ſummat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc modo ſm panor. Affinitas ſup-
ueniens poſt mrĩmoniũ contractum
non ſoluit mrĩmoniũ ſed exactõnem
debiti impedit et crimen inceſtus in-
habilitatis quem ad mrĩmoniũ con
trahendum.h.d. Nota gl.q̃ videt̃ tã
gere cãm huius dicti ſcꝫ ꝓpter inceſtũ

¶ Ueniens

Affinitas ſupueniens etiã ꝑ illicitum
coitum diſſoluit ſponſalia de futuro
ſed non mrĩmoniũ ⁊ inceſtuoſus con
trahere nõ pt.h.d.ſm panor. Nota
gl.que ponit argumentũ ꝙ qñqꝫ ſuf-
ficit aliquid inchoare licet et ſi nõdũ
ſit completum.et allegat iura

¶ De illo

Dictum vnius mrĩmoniũ non ſoluit
Uel ſic.cognitã a frẽ frater nõ poteſt
habere. Nota gl.que dicit ꝙ hoc ca-
ſu ſola confeſſio non preiudicat etiã
ſi rumor vicinie cõſentiret. et allegat
c.ſuper eo.ꝛc.

¶ Tranſmiſſe

Inceſtus ſubſequens mrĩmoniũ non
diſſoluit. Nota tex.qui dicit tãq̃ ca-
nis rediens ad vomitũ Item dicit g.
ꝙ inceſtus nõ impedit quominꝰ mrĩ
moniũ ſit legitimum.et alle.licet ꝯtra
here nõ debeãt ſicut votũ ſimplex ꝛc

¶ Super eo

Nõ credit̃ ꝯiugibꝰ et rumori vicinie
ꝙ affinitas ꝓceſſerit mrĩmoniũ ⁊ ido
ſepent̃ Nota g.que tangit qñ ſtatur
confeſſioni et quando non. Item tã-
git de fama et rumore

¶ Diſcretionem

Affinitas ſupueniẽs ſponſalia d̃ pre-
ſenti non diſſoluit. Nota tex.q̃ dicit
ꝙ mrĩmoniũ nõ ſemp ſepatur ꝓpẽ
adulterium qꝛ talis ſeparatio poteſt
legitima exceptione impediri. Item
dicit ꝙ ſine culpa non debet qs ꝑua-
ri iure ſuo. Item notat glo.ꝙ vir dꝫ
vxorem docere bonos mores

¶ Fraternitati

Diſſoluit̃ matrimoniũ contractũ cũ
illa cuiꝰ conſanguineã ſcꝫ ſororẽ licet
nondũ ſeptennẽ mihi ante deſponſa
tam extraordinarie pollui Nota hic
abbatem q̃ tangit hic notabile vbꝫ
de commixtione viri et mulieris ⁊ d̃
emiſſione ſeminis ꝛc

¶ Ex literis

Affinitas ſupueniens ſpõſalibꝰ de fu
turo rumpit ea. Nota glo.que dicit
ꝙ inceſtus magis punitur q̃ adulte-
rium et an hoc verum ſit vide g. Itẽ
propter lapſũ carnis quãdoqꝫ diſpẽ
ſatur.

¶ Ueniens ad

Qui cognouit ſororẽ ſponſe ſue quã
etiam carnaliter cognouit monendꝰ
ẽ atqꝫ etiã inducendꝰ vt abſtineat ab
vtraqꝫ Nota tex.q̃ tangit de illo qui
reuerſus ad cor fatetur delictum ſuũ
an ſit audiendus

¶ Tue fraternitatis

Si vir cognoſcit ſororem vxoris ſue
nõ propter hoc ſepatur matrimoniũ
contractũ de pñti Uel ſic ſm panor.
Affinitas ſupueniẽs nõ diſſoluit ma
trimoniũ Nota tex.in fine q̃ dicit ꝙ
affinitas poſt matrimoniũ inique cõ
tracta illi nocere non debet qui iniq̃
tatis particeps nõ eſt

¶ Jordane

Si quis poſt ſponſalia d̃ futuro ſpõ
ſam cognoſcat affinitas etiã cum ma
tre ſubſequens mrĩmonium non diſ-
ſoluit. Notat glo. ꝙ quis ſine culpa
non dꝫ priuari iure ſuo Item notat
de inceſtu et adulterio ꝛc



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶ Titulus de conſanguinitate ⁊ affinitate

### ¶ Ex literis

Marito mortuo cū ꝯſanguineo eius mulier ꝯtrahere nō pt. ⁊ ſi ꝯtraheret dꝫ mrīmonium ſepari Uel ſic ſm panor. Sepaꝛ mrīmoniū ꝯtractū inter affines ꝑmi generis ⁊ quarti gradus h.d. Nota g.q̄ dicit ꝙ ī cā mrīmoniali iterū recipiūtur teſtes poſt publicatōem. Itē tangit quibus cauſe matrimoniales debent committi.

### ¶ Super eo

Soluūtur ſponſalia de futuro ſi vir ꝯſanguineā ſpōſe cognoſcat Nota g. que dicit ꝙ fama īpedit mrīmoniuꝫ contrahendū ⁊ plus facit fama q̄ꝫ dictum vnius.

### ¶ Quod dilecto

Si diſpēſatur cū aliquibꝰ vt poſſint contrahere in certo gradu alias ꝓhibito requiriꝛ ꝙ vterqꝫ contrahentiū toto gradu diſtet a ſtipite ſi hoc hꝫ ꝯſuetudo.h.d.ſm panor. Nō gl.q̄ dicit quid dicaꝛ ſtipes. Item ꝙ beneficium principis late ē interꝑtandū.

### ¶ De infidelibus

Si ſm legē veterē contrahat infidelis cū fideli nō ē poſt baptiſmum ſeparādus ab ea Nō tex.q̄ dicit quos deꝰ cōiūxit homo nō ſepat. querit g. an mrīmonium ſit inter iudeos

### ¶ Quod ſuper

Affinitas inter virum et vxorem cōtracta nō tranſit ad ꝯſanguineos mariti vt ipſi illis conſanguineis efficiātur affines Uel ſic ſm panor. Cōſanguinei mariti cum conſanguineis vxoris licite contrahunt. hoc ꝑmo. In gradibus ꝓhibitis non pn̄t mrīmonia contrahi etiam ſi habeat hoc cōſuetudo Nota glo. que tangit de cōſuetudine et ſcandalo.

### ¶ Quia circa

Papa gr̄a prolis in gradibꝰ ꝯſanguinitatis diſpēſat Nō gl.ꝙ falſa cauſa allegata nō viciat diſpenſationē ⁊ ſic falſa cauſa nō impedit religionē Itē notat de ꝓle.

### ¶ Tua nos.

Teſtes qui ad ꝓbandā cōſanguinitatem ꝓducuntur.a ſtipite debent incipere vel a germanis ꝯputationē Nō tex.qui dicit ꝙ matrimoniū cōtinet multum fauoris.

### ¶ Non debet

Ultra quartū gradū non extenditur ꝓhibitio copule cōiugalis Nō tex. in princi.ſui ꝙ ſtatuta humana qn̄qꝫ variaꝛ ꝓpter neceſſitatē ⁊ qn̄qꝫ ꝓpter vtilitatē Itē nota eū in fine ꝙ tanto ſūt grauiora pcc̄a quāto diutius infelicē animā detinēt alligatā ſic.ſ.c. cū haberet.d eo q̄ du.ī matri ⁊c. Gloſa deſcribit gradus affinitatis

### ¶ Uir qui

Cuꝫ vnꝰ diſtat q̄rto gradu et aliꝰ ab alio latere diſtat q̄nto pn̄t libere copulari Nota g.q̄ docet practicā q̄liꝛ debeat cognoſci ī quo gradu alique ꝑſone diuerſaꝝ lineaꝝ ſibi attineāt ⁊ diē tūc ꝑmo recurrēdū ad cōeꝫ pentē

## ¶ Titulus de conſanguinitate ⁊ affinitate in Cle.

### ¶ Eos qui

Sciēnē ꝯtrahēs mrīmoniuꝫ ī gradu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

conſanguinitatis vel affinitatis ꝓhibito vel cuꝫ moniali excōicat⁹ eſt ipſo iure ⁊ publicari dꝫ ⁊ vitari. Idē in profeſſo ⁊ ꝓfeſſa vel conſtituto ī ſacris .vide g. que eſt notabilis

## Tit. de frigi. et malefi.

### Accepiſti

Qui ꝓpt̄ frigiditatē ſeparat⁹ ē ab vxore cū alia contrahere neqt. Nō g. que dicit ꝙ ꝑ ꝯtrariā opis euidētiā mēdaciū conuincitur. Itē tangit g. qualiter hoc caſu iurandum ſit

### Quod ſedem.

Pueri et impotentes matrimoniuꝫ ꝯtrahere nō pn̄t. Nō g. que videtur dicere ꝙ idē ſit in ſenib⁹ qđ non eſt veruꝫ. quia licet ſenes coire non pn̄t habent tn̄ ab vxorib⁹ humanitatis ſolatium ⁊ ſenes etiam aliqn̄ ad coitum mouentur

### Ex litteris.

Propter artum mēbrū mulier ſeparatur a viro niſi medicorū poſſit iuuari auxilio Nō g. q̄ dicit qn̄ iuuari mulier nō pt̄ ꝑ medicū ſine periculo corporis.

### Conſultationi

Mulierē clauſā ſiue artā pt̄ qs vt ſororē ſꝫ non vt vxorem habere. Nōt g. ꝙ incredibile eſt ꝙ qs contrahat cū vxore clauſa. item ſicut papa iudicat ſic debemus iudicare

### Laudabilem

Hic habeꝫ qualiter ꝓpter frigiditatē viri vbi frigiditas ꝓbari bn̄ non pt̄ debeat matrimoniū ſeparari Nō g. que dicit ꝙ hoc caſu nō ſufficit cohabitatio niſi etiā dederint operam opi carnali. Iteꝫ ꝙ iurare debent ꝙ vterqꝫ dederit operaꝫ copule carnali ⁊ ꝑ triennium nō poterāt facere.

### Fraternitatis

Si mulier fuerit adeo arta ꝙ a viro ꝯgnoſci non pt̄ ſeparari ab eo pt̄ Nō gl. q̄ dicit ꝙ nihil eſt qđ inutile eſt ⁊ eſt magiſtra in hac materia qn̄ tangitur de artatione mulieris ⁊ de maleficio atqꝫ impotentia coeundi.

### Litere veſtre

Propter maleficiū pt̄ matrimoniū ſeparari ſi infra triēnium nō poterit remoueri. Nō g. ſup verbo ꝯgnoſcēdi que tangit differentiā inter frigidum ⁊ maleficiatum. Itē dicit g. de triēnio ꝙ debent cohabitare ⁊ dare operam carnali copule

## Ti. de matrimonio contra interdictū ecc̄e ꝯtracto

### Littere quas

Matrimoniū nō dꝫ ſeparari licꝫ cōtra interdictū ecc̄e contrahatur vel iudicis factū. imponitur tn̄ pena ſic ꝯtrahētibus ⁊ ſeparātur donec cognoſcatur de cauſa interdicti. hoc dicit ſm Panor.

### Ex litteris

Iſtud. c. pōt ſūmari ſm Panor. iſto modo. Sponſalia de futuro cū vna etiā contra interdictū ecc̄ie contracta non habent dirimere matrimoniū poſtea ꝯtractū cum alia. Et nōt g. vnū ſingulare in. c. pimo ſuper verbo diſtrictiū ꝙ licꝫ iudex deferat appellationi nihilomin⁹ pt̄ matrimonium interdicere. Iteꝫ tangit an ſententia poſſꝫ fieri ſub ꝯditione ſuper verbo donec

### De muliere.

Si hi q̄ dicebāt ꝯſanguinei ꝯxerūt ꝯtra p̄ceptuꝫ iudicis debēt ſeparari

donec de cā ꝯgnoſcatur. Jtē tangit g. in. c. vlt. ſup verbo donec an neceſſaria ſit abſolutio poſt lapſum tpis qñ ſñia excōicationis fertur ad tempus vt in g. ⁊ tex. ⁊ dictū ē in. c. nō ē nobis. ṡ. de ſpon. ⁊ matri.

Tit. qui filij ſūt legitimi.

Conqueſtus.

Per ſequēs matrimonium fit legitimus añ matrimoniuȝ in fornicatiōe concept⁹. Nō g. que tangit an cauſa filiationis ⁊ legitimationis ſpectet ad ecciam ⁊c.

Cum inter.

Ex quo parentes publice ⁊ in facie eccie ꝯtraxerūt filij ſūt legitimi ante diuortiū nati. Nōt g. ꝙ temp⁹ cōceptionis ſpectandū eſt cū de ꝯmodo alicui⁹ tractatur ⁊ pro iam nato habetur. Jtem quid ſi infanti moueat queſtio

Tranſmiſſe

Creditur parentibus ꝙ aliqs nō ſit eorū fili⁹ niſi ꝑ iudiciū ꝯtrariū ꝓbetur. Nō g. que dicit ꝙ multū hoc caſu valet fama vicinie. Jtē ꝙ de hereditate viuentis agi vel paciſci non pt. itē dicit ꝙ null⁹ affēs vincit paternum affectum

Cauſam que.

Non pt eſſe vxor que viri ſui thorꝫ maculans alij dū ille viueret ſe copulare pſumpſit. Nota g. que tangit ꝺ auūculo magno ⁊ dicitur talis frat aui mei ⁊c.

Lator pñtium.

Qui dicit aliquem fore illegitimuȝ hoc probare debȝ ſi aduerſarius ſit poſſeſſione legitimationis. Nō g. q̄liter filius naturalis ſuccedit patri ſi legitimi filij non extant. Jteȝ nōt g. ꝙ quis com pel lit aliquādo ad agēdum ⁊ all'.

Tanta eſt vis

Tanta vis eſt matrimonij vt illegitimos faciat legitimos. Meli⁹ ſumat ſm Panor. Naturales legitimātur per ſubſequēs parentum ꝯiugiū ſpurij vero non. Nō ꝙ g. querit an etiā in caſu hui⁹. c. illegitimi legitimētur quo ad ordines ⁊ alios honores. Jtē g. ponit differentiam inter legitimos ⁊ naturales ⁊ legitimos aut naturales filios tm̄.

Cauſam qꝫ

Poſt mortē de legitimatione ꝯgnoſcitur ꝑpter bona. Aliter ſic ſm Panor. De cauſa ciuili inter laicos nō cognoſcit eccia. ꝯgnoſcit tñ quis ſit de legitimo matrimonio nat⁹. Nō g. que diſputat de imperio ⁊ papatu an imperiuȝ dependeat a papa ⁊ an papa habeat vtrūqꝫ gladium. Jteȝ dicit ꝙ crimina morte extinguūtur. ⁊ ponit caſus in quibus hoc fallit

Perlatum eſt

Legitima eſt proles ꝓcreata ab illa cum qua auctoritate eccie fuerit matrimoniū contractum licȝ predictuȝ poſtea inueniatur illegitimum. Nō qualiter procedendum eſt quando maritus ſe abſentat ab vxore longo tempore ⁊ qualiter vocandi ſūt amici eius.

Quod nobis

Nati in clamdeſtino matrimonio poſtea per ecciam approbato legitimi ſunt dicendi. Nō gl. que tangit q̄t modis matrimonium dicat clamdeſtinū ⁊ remittit ad. c. cum inhibitio. ṡ. de clamdeſtl. deſpon. ⁊c

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Qui filij ſunt legitimi in anti.

Referente
Publice honeſtatis iuſticia impediente matrimoniū filij in eodē matrimonio geniti ſunt illegitī. Nō gl. ꝙ iſtud impedimentū pu. ho. iuſticie ē perpetuū quia impedit ꝛ dirimit

Peruenit
Ubi non ↄſtat de matrimonio qui dicit eſſe matrimoniuꝫ illud ꝓbare tenetur Nō g. que dicit ꝙ ex quo matrimoniū in facie ecc̄ie eſt contractū bona fide preſumitur ꝙ filij ſunt legitimi.

Per tuas
Filius natꝰ ex ſponſa de futuro carnaliter cognita legitimꝰ eſt licꝫ nūꝙ̄ matrimoniū fit in facie ecc̄ie publicatum. Nō in tex. ꝙ plꝰ eſt qđ in veritate agitur ꝙ̄ qđ ſimulate ↄcipit̄. nota g. valde nōbilē ꝛ ſingulareꝫ q̄ ponit quibus modis pater filium legitimare videtur.

Per venerabilem
Papa nō legitimat in temporalibꝰ aliene iuriſdictioni ſubditos. Nota tex. q̄ arguit cui ↄceditur maiꝰ etiam ↄceditur minus Itē g. tangit de legitimatione in quibꝰ caſibꝰ legitimari p̄t. Item tāgit inter cetera ꝙ tria ſunt bona matrimonij fides proles et ſacramentum

Ex tenore.
Si hn̄s vxorē ↄtrahat cū alia ꝑmuꝫ matrimoniū ignorāte filius exinde ſuſceptꝰ legitimꝰ eſt habendꝰ. nōt g. ꝙ bona fides alteriꝰ partiuꝫ ſufficit vt filij dicantur legitimi

Gaudemus.
Si iudeꝰ qui ↄtraxit cū ↄſanguinea ſua ↄuertatur ꝓles ex tali matrimonio ſuſcepta legitima iudicatur. nō tex. q̄ tangit de vtilitate ꝛ de opinione ſuꝑ q̄bꝰ vide etiā gl.

## Xi. qui matri. accu. poſſunt

Relatum.
Cū maritus abeſt ex cā legitima in eiꝰ abſentia p̄t matrimoniū accuſari Uide g. q̄ tāgit qualit̄ ꝓcedendū eſt contra abſentē ꝛ de malicia abſētis

A nobis eſt.
In cā matrimoniali nullꝰ auditur ꝓferens teſtimoniū ꝑ ſcripturaꝫ. nō g. que dicit ꝙ teſtibꝰ et non teſtimonijs eſt credendū. Itē tangit g. qn̄ p̄ſumptio inducit ꝓbationē ꝛ qn̄ non

Uidetur
Cum impetitur matrimoniuꝫ rōne ↄſanguinitatis ↄtrahendū vel ↄtractū dirimendū pater ꝛ mater et ceteri ↄſanguinei ſunt in accuſatione et teſtimonijs potius admittendi. Nō tex. notabilē ꝙ vnuſquiſq; ↄſiderat ſcire ſuā genealogiā. Itē tangit qn̄ pat̄ recipitur in cauſa filij

Inſuper
Si mulier inuita fuerit deſponſata tn̄ ex quo ſemel fuit cognita amplꝰ non poterit matrimoniuꝫ accuſare. nō g. que ponit metꝫ. Eſt mihi pro facto ſepe qđ eſſe poteſt. itē ꝙ carnalis copula remouet omneꝫ allegationeꝫ violentie

Significante
Propter turpē queſtū ab accuſatiōe matrimonij ē mulier repellenda. nō g. que tāgit quibꝰ modis accuſator repellitur ꝛ an ſymonia pōt ↄmitti in matrimonio

Cum in tua.

¶ Cum in tua

Qñ denũtiatiõis tpe q̇s ꝯtra matrimoniũ nihil dicit poſtea nõ audit͂ niſi denũciationẽ ex cã legitima ignoret. Uide g. q̄ videtur q̄rere quid ſi accuſans tpe denũciationis fuerit abſens vel non intelligens. et qualit͂ hoc probari debeat.

## ¶ Ti. de diuorcijs

¶ Siqua mulier

Mulier que machinatur in mortez mariti ſui poſt ipi⁹ mariti deceſſum neq̄t ꝯtrahere licz effectũ non habuit talis conat⁹. Nõ g. que tãgit caſ⁹ in quib⁹ matrimoniũ contrahi non p̄t. Itẽ ꝙ punitur conatus cui⁹ non ſequitur effectus

¶ Queſiuit.

Propter ſolam infidelitatem ⁊ non ꝓpter aliud maleficiũ ſunt ꝯiuges ſeparandi. Nõ g. que dicit ꝙ vir non p̄t dimittere vxorẽ ſuã ꝓpter furtum vel pro aliquo alio crimine excepto infidelitatis ⁊c̄

¶ Porro

Sine iudicio ecc̄ie null⁹ p̄t ſuã vxorem dimittere etſi notoriuz ſit impedimentũ. Scd̃o dicit ꝙ ſine accuſatione p̄t ep̄us de impedimento matrimonij inq̄rere. Nota g. que tãgit an in notorijs ſit ſeruãdus ordo iudiciari⁹ ⁊c̄

¶ Significaſti

Nõ petit reſtitutionẽ ꝯiugis q̄ cõtinẽtiam non ſeruauit etiãſi fuerit iniuſte dimiſſus. Nota gl. que tangit q̄d faciendũ ſit cum alter ꝯiuguz alteri materiam adulterandi dedit. itẽ ꝙ p̄textu paupertatis nemo dz turpem vitam ducere

¶ Ex litteris

Propter fornicationez coniugis p̄t repelli qui fuerat fornicat⁹ Nõ glo. que dicit ꝙ ꝯfeſſio in criminib⁹ nõ p̄iudicat niſi pſeueret. Itẽ tex. tãgit de viro q̄ mulieri negauit alimẽta.

¶ De illa

Mulier virũ labentẽ in hereſim ſine iudicio ecc̄ie dimittẽ non dz etiamſi hoc fecerit vt vir a ſuo reuocetur errore ꝓpt̃ ꝯfuſionẽ quã mulier videt͂ ſibi facere. quia ab eo recedit.

¶ Quanto.

Iſta decretalis docet q̄liter ⁊ qñ alter ꝯiugũ volare p̄t ad ſcd̃a vota ꝓpter hereſim vel infidelitatez alteri⁹ ꝯiugis. Sz ſcḋm Panor. hoc mõ ſumatur. Uinculuz ꝯiugale non diſſoluit͂ altero ꝯiugum fideliũ in hereſim lapſo. ſed ſi vn⁹ infideliuz ꝯiugũ cõuertatur ad fidem ⁊ alter nollet ſibi cohabitare vel nõ ſine blaſphemia vel ſine pcc̃o mortali ſoluitur coniugiũ ⁊ ꝯuerſ⁹ cõtrahere poterit. h. d. Nõ tex. ⁊ gl. qui ponũt caſ⁹ in q̇b⁹ q̇s p̄uatur iure ſuo ſine culpa. Itẽ g. ponit metra ſuper eo. c. Deſere ſpernentem vel blaſphemare volentem. Ulte credentẽ ſcelus ad mortale trahẽtem Nam ſunt abſq̧ mora tunc vincula rupta p̄ora

¶ Gaudemus.

Iſta decretalis ĩ hac materia eſt notabilis ⁊ magiſtra ⁊ p̄mo querit an pagani qui in gradibus ꝯtraxerũt illicitis poſt ꝯuerſionẽ poſſunt in tali matrimonio remanere. Item an plures prout in paganiſmo habuerũt poſt baptiſmuz poſſunt retinere vxores. Itẽ tãgit de repudio an hodie apd̓ ecc̄iaz ꝓcedat. itẽ ponit tex.

ꝙ nihil ad nos de his que foris ſunt
Item tangit de mendacio ⁊c

Deus qui
Diſpenſat eccĺa cū conuerſis de nouo vt vtant̄ mrīmonio cum relictis fratrum contracto iuxta moſaicā legem De materia huius.c. vide glo. q̄ allegat tibi.c. Olim aliter. viij.q.i.

## Titulus de dona. inter virum et vxorem et dote poſt diuortium reſtituēda

Mulieres
Si mulier propter aliquam licitam cām a marito ſuo fuerit ſeparata tota dos ē ſibi reſtituēda. Vide g.q̄ tangit que ſunt cauſe licite ſepatōnis ſcʒ conſanguinitas

Significauit
Facto diuortio mulier recipit doteʒ ⁊ ptem ſuam de rebus cſtāte mrīmonio adqſitis qđ verum ē ſi pctm̄ viri fuerit alias non. Nota gl. q̄ ponit caſus in q̄bus fallit reſtitutio

De prudentia
Cū eccĺa delegat cām mrīmonij p cōſequēs intelligit̄ cmittere cām dotis. Nota glo. que videt̄ tractare coram quo iudice cā dotis ſit tractanda an coram ſpūali an ſeculari

Plerūqʒ
Propt̄ adulteriū mulier a viro ſepata pdit dotē Nō g.q̄ videt̄ tāgere an vir poſſet de iure cpelli ad recōciliādū ſibi vxorē fornicariā Itē dic̄ g.ꝙ crimina et iniurie pcedūt ex mente.

Et ſi neceſſe
Ubi nō eſt mrīmonium dos aut donatō propter nuptias nō exiſtit. Nō glo. que tāgit de conditōe in tex. poſita ꝙ talis nō dʒ apponi et ꝙ ex improbitate nemo conſequitur actōem

Nuper. a.
Uir non poteſt đ iure vxori ſue ī donatōem cōcedere poſſeſſiones ad ipſum quo ad vitam conceſſas niſi dominus conſenſerit Cuʒ nullus pt plꝰ iuris in aliū transferre ⁊c. Item vxor dat viro dotē. et vir vxori donatōeʒ pter nuptias

Per veſtras
Marito vergente ad inopiam p dote ſatiſdatio poteſt peti Nota g. que tangit an in dote et in minorib' alendis poſſet committi vſura ſiue fenus Et dicit glo. ꝙ tutor qui ī bonis minoris nihil hʒ niſi pecuniaʒ cogit̄ fenorari p alimentādo minore

Donatio
Donatio inter ciuges facta ē inualida niſi morte donatoris fuerit cōfirmata et perit ſi reuocet̄ tacite vel expreſſe vel ſi donatiōem recepit poſq̄ʒ debitum carnis pſoluerit Item ſoluto mrīmonio dos redit ad mulieresʒ. ⁊ donatio propter nuptias ad virū niſi aliud obtineat conſuetudo

## Titulus de ſecūdis nuptijs

Capellanum
Secunde nuptie non ſunt benedicende et benedicens puniend' ē Nō gl. que dicit iſtud intelligendum fore pma vxore viuente et ad exhortatōem cōtinentie. et ſic ſacerdos nō dʒ interesſe clandeſtinis ſponſalibus

Dominus noſter
Non debʒ matrimonium contrahere mulier donec ſibi cōſtet de morte primi mariti. nota glo. que dicit ꝙ ī dubio ſemp preſumit̄ p matrimonio qđ fieri debʒ niſi quando dubitatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

an contractum ſit vel non Item nōt gl. ꝙ hoc caſu id qđ ab initio valuit poſtea infirmat̄ ⁊c

¶ Uir autem

Uir aut mulier ad bigamuȝ trāſiens nō dȝ a preſbitero bn̄dici. qꝛ cū alias bn̄dicti fuerint eoꝝ bn̄dictio iterari nō dȝ. Itē tāgit glo. de ſacramentis iterādis et de conſuetudine circa iſta

¶ Super illa

Mulier mortuo marito ſuo pt infra tps luctus ſine infamia alteri nubere Nota glo. que tangit cām qꝛ cū apoſtolus dicat nubat in dn̄o ⁊ tps non adijciat nec nos adijcere debem⁹.

¶ Cum ſecundū

Ut ſupra capitulo primo. Nota gl. que tangit et etiam text. ꝙ licet mulier infra annū luctus marito ſuo mortuo poſſet alteri nubere ſm canones tamen videtur ſe dehoneſtare et facere ſeipſam ſuſpectam ꝙ viuente pmo marito incontinenter vixit. ac etiam exhibet ſe fuiſſe ingratam primo marito et eum non multum dilexiſſe in vita mariti ſui et ideo puniri debent pena legali contenta in legibus ī gl. allegata ⁊c. Aliter tamen ſentit gl. ꝙ ſcȝ omnis pena ſit abolita vide eam Item etiam tenet abbas

¶ Et ſic eſt finis quarti libri decre·

¶ Incipit liber quint⁹ decretaliū

¶ Titulus de accuſatōib⁹ inquiſitionibus et denunciationib⁹

SI legitimus ;

Accuſatus fatigari nō debet ſi accuſator nō fuerit legitimus Notat glo. ꝙ accuſator debȝ eſſe bone fame nec inimicus accuſati ⁊ ſine crimine. Item dicit gl. ꝙ geſtans trabē in oculo proprio feſtucam nō poteſt eruere de oculo fratris ſui

¶ Siquis;

Si eps denūciat⁹ fuerit ⁊ poſtq̄ charitatiue monitus fuerit cām ſuā non emendet ⁊ eam corrigere noluerit ad pmates cauſa ei⁹ deferat̄ Nota gl. ꝙ in denunciatōne ad penitentiam pcedere dȝ monitio ſecus ſi ad infligendum penaȝ. et glo. alle.

¶ Illa prepoſitorum

Ad accuſandū abbatē non admittūtur niſi monachi ⁊ illi quoꝝ intereſt Nota glo. ꝙ hoc caſu intereſt monachis Item intereſt patronis Itē intē eſt parochianis Itē ꝙ ſentētia debȝ abſoluere vel condemnare

¶ Omnipotens deus

Cū aliquis accuſatur vel denunciat̄ vel cōtra eū inquiritur ſtatim ē grauata ei⁹ opinio vt interim non debeat promoueri. Et an valebit electio iterū de eo facta vide Inno. in. c. Accuſatū de ſimonia

¶ Nulli epōrum

Eps non poteſt a ſua accuſatione repellere familiarem accuſantem q̄uis fuerit criminoſus Notat glo. de familia ꝙ epus precipue debet habere honeſtā familam et imputet ſibi qui malā tenet familiā. Itē mores famulorum quos approbo poſtea reprobare non valeo ⁊c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf